



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

63. Quomodo irruens in Ecclesiam & ministros capitali sententiæ subiacet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](#)

liant distribuēdo, & viuos polluunt fabrican-  
do. Si quis igitur de sepulchro abstulerit saxa  
vel marmora, vel columnas, aliāmve quamcū-  
quē materiam fabricandi gratia, siue id fece-  
rit venditus, decem pondo auri cogatur fi-  
sco inferre, sine quis propria sepulchra defen-  
dens, hanc in iudicium querelam detulerit, si-  
ne quæcumque alius accusauerit, vel ad offici-  
um nunciauerit, quæ poena Priscae seueritati  
accedit. Nihil enim derogatum est illi suppli-  
cio, quod sepulchrum violantibus videtur im-  
positum. Huic autem poenæ subiacebunt, &  
qui corpora sepulta aut reliquias contrecta-  
uerint. Hæc ille Imperat. Quid igitur dicen-  
dum de illis, qui SS. martyrum sepulchra, tan-  
ta audacia violent.

Imp. Arcadius & Honorius A. Theodoro  
prefecto praet. habetur in l. Si quis in hoc  
C. De Episcopis & clericis, irruens in Ec-  
clesiam & ministros, capitali sententia sub-  
iaceat.

### C A P. L X I I I.

SI quis in hoc genus sacrilegij proruperit ut  
in Ecclesias Catholicas irruens, sacerdoti-  
bus & ministris, vel ipsi cultui locoq; aliquid  
importet iniuriæ, quod geritur, à prouinciæ  
rectoribus animaduertatur, atq; ita prouinciæ  
moderator, sacerdotum & Catholicae Ecclesiæ  
ministrorum, loci quoque ipsius, & diuini-  
cultus iniuriam capitali in coniunctos seu  
cōfessos reos sententia nouerit vindicandam,  
nec

nec expectet, ut Episcopus iniuriæ propriæ vltionem depositat, cui sanctitas ignoscendis gloriam dereliquit. Sitque cunctis laudabilis sanctas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias veluti crimen publicum persequi, ac de talibus reis vltionem mereri. Quod si multitudine violenta per ciuilis apparitoris executionem adminiculo etiam ordinum possessorum non poterit flagitari, quod se armis autocorum difficultate tueatur, presides prouinciarum etiam militari auxilio per publicas literas appetito, competentem vindictam tali excessui imponere non morentur.

*Justinianus Imperat. in Authent. Collat. 9.  
tit. 15. De sanctissimis Episcopis, & clericis.  
§. Si quis cum sacra. De peccatis eorum qui Episcopos, clericos aut ministros Ecclesie iniurijs afficiunt, & diuinam ministeria conturbant, aut celebrari prohibent, & de modo celebrandi litanias, & paenitentias concutientium.*

## C A P. L X I V.

**S**i quis cum sacra ministeria celebrantur, in sanctam Ecclesiam ingrediens, Episcopo, aut clericis, aut ministris alijs Ecclesie iniuriam aliquam inferat: iubemus hunc verbena sustinere, & in exilium mitti. Si vero hec sacra mysteria conturbauerit, aut celebrare prohibuerit, capitaliter puniatur: Hoc ipso & in litanij, in quibus Episcopi & clerici representantur, custodiendo. Et si quidem iniuriam solum